Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



CVIII

231

simacris scali Et respondes iesus dixit eis videte ne qs vos
seducat Multi enim venient in nomine meo dicentes Ego sum xpus et
seducent multos Audietis enim esse plia et opiones pliorum Vi
dete ne turbemini Oportet enim primum hi fieri sed nondum statim finis
Consurget enim gens contra gentem et regnum aduersus regnum et
erunt pestilencie et fames et erunt terremotus per loca Hec autem
omnia initia sunt dolorum Tunc tradent vos in tribulacionem et occident
vos et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum Et tunc scandali
zabuntur multi et inuicem tradent et odio habebunt inuicem Et multi
pseudo prophete surgent et seducent multos Et quia habundabit
iniquitas refrigescet caritas multorum Qui autem perseuerauerit usque in
finem hic saluus erit Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso
orbe in testimonium omnibus gentibus Et tunc veniet consumatio
Cum autem videritis abhominacionem desolacionis quam dictum est a daniele
propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat Tunc qui in iudea
sunt fugiant in montes et qui in tecto non descendat aliquid tollere
de domo sua Et qui in agro non redeat tunicam suam Ve autem
pregnantibus et nutientibus in illis diebus Orate autem ut non fiat fu
ga vestra in hyeme aut sabbato Erit enim tunc tribulacio magna qualis
nunquam fuit ab initio mundi usque modo nec fiet Et nisi breuiati
essent dies illi non esset salua omnis caro Sed propter electos breuia
buntur dies illi Tunc si quis vobis dixerit Ecce hic est xpus aut illic ne
lite credere Surgent enim pseudo xpi et pseudo prophete et da
bunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducant si fieri po
test etiam electos Ecce predixi vobis Si ergo dixerint vobis Ecce in deserto est
nolite exire Ecce in penetralibus nolite credere Sicut enim fulgur ex
ab oriente et apparet usque ad occidentem ita erit et aduentus filii hominis
Vbicunque fuerit corpus illuc congregabuntur aquile Statim autem post tribu
lacionem dierum illorum sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et
stelle cadent de celo et virtutes celorum mouebuntur Et tunc apparebit
signum filii hominis in celo et tunc plangent omnes tribus terre et videbunt
filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maiestate
Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos eius a quatuor ventis celi a summo celo usque ad
terminos eorum Ab arbore autem fici discite parabolam Cum